

Securid.
minoris
descrip.

Securida.
ex vires
Matth.

Hedysari
vires ex
Gal.

Nomina.

Cauliculos edit tenues lentosq., floribus diluto purpura colore rufescentibus, ut in piso. sed minoribus. Siliquas habet corniculatas, quadantenus falcatas, pressas, ad unco cacumine, in quibus rufum concluditur semen ancipitis securis effigie, unde illi nomen, amari saporis. Radice nititur unica, albaq., non sine adnatis fibris. Minus majori fere simile est, nisi quod folia minora spectantur, numerosiora, & in cacumine retusa. Quinetiam, & caules, & rami, & cetera quotquot sunt partes minores habentur. Flores edit alteri haud ab similes, sed pusillos, ex quibus cornicula oriuntur rotunda, incurva, & acuminato cacumine, quae per maturitatem rufescunt, in quibus semen continetur alteri simile, sed minus, ac tenuius. Radice nititur gracili, alba, longa, & alte descendente. Nascitur & ipsa inter segetes in agris. Ea omnia, quae majori adscribuntur, ea quoq., in minori reperiuntur. Bibitur utriusq., semen contra venenosorum animalium morsum. Eiusdem farina, vulnera & putrida ulcera abstergit, quemadmodum & lentigines, & albos, & cutis maculas omnes, ubi frequenter melle optimo excepta illinatur. Pectus quoq., expurgat à crasis, pituitosisq., excrementis ex melle, aut defruto delincta. Necat eadem in-
10
testinorum vermes ex dulci lixivio pota, aut ex vino, aut ex humano lacte, addito croci momento. Hedysari meminit Gal. lib. 6. simp. med. sic inquit. Hedysarum, aut pelecium. Huius fruticis semen colore rufum est, utrinq., anceps, uti secures. Amarum, & subacribum apparet: quamobrem potum gratum est stomacho, & viscerum obstructions expurgat. Idem praestant totius fruticis ramuli. Planta quae Graecis ὀνόςμα, Latinis Hedysarum, & Securidaca nominatur: Unguentarii Pelecium: Italis similiter Hedysaro, & Securidaca.

I. Securidaca filiqua oblonga, C.B. Securidaca major, Matth. Cast. Cam. Securidaca secunda, Dod. gal. Securidaca, Gef. hor. Hedysarum, Gef. hor. Lac. Lob. Lon. Cas. Hedysarum majus, Lug. Cam. Hedysarum primum, Dod. fol. Lugd. Hedysarum legitimum, Clus. hist. Pan. Pelecium, Gef. hor. II. Securidaca filiqua falcata, C.B. Securidaca minor, Matth. Lob. Cast. Cam. Hedysarum alterum, Dod. gal. & fol. 20
Lugd. Hedysarum minus, Lugd. Cam. an Securidacae similis Celsalpino?

ὀνόςμα.

ONOSMA.

CAP. CXXX.

Onosma oblonga folia habet, ad similitudinem anchusae, longitudine quatuor digitorum, & unius latitudine, mollia, in terra jacentia, sine caule, sine semine, sine flore: radice nititur oblonga, tenui, infirma, rubescente: gignitur in asperis. Folia in vino pota, partus extrahunt. Praegnans, si eam supergre-
diatur, abortum facere dicitur.

Onosma.
eis Celsid.

ONOSMA.

Onosma-
tis vires
ex Gal.

Nomina.



Planta quaedam ex collibus, quae variis herbis refertos cir-
30
ca Goritiam natura collocavit, in asperis nata jampridem ad me allata est, quae folia habet minoris anchusae: radices vero ejus ita rubescunt, ut quasi rubia videantur. Ex his notis, quae quidem pulchre Onosmati respondent, non potui non adduci, ut eam verum Onosma putarem. Unde etiam ejus picturam addendam diligenter curavi, ut de ea aliorum quoque sit judicium. Sed certe ut verum fatear, mihi adhuc incertum est, an hac caulem, flores & semen proferat: siquidem eam hactenus non nisi caule, & reliquis viduam videre mihi licuit. Onosmatis vires tradidit Galenus lib. 8. simp. 40
med. sic inquit. Onosma, vel osmas, vel phlonitis, vel ononis, ex acris, & amara constat substantia: proinde quoque creditur satius necare, & ejicere, solius ejus in vino potus. Ut Graeci ὀνόςμα, ita etiam Latine, pariter & Italice, Onosma vocatur.

Onosma Matthioli, cujus & figura & nomen reser-
servarunt Lacuna, Castor, Lonicerus, Lugdunensis
historia, & Tabernaemontanus: esse autem Lycopfi
cognatam & in Anchusis habendam, ex figura colli-
50
gi posse credimus.

Νυμφαία.

NYMPHAEA.

CAP. CXXXI.

Nymphaea nascitur in paludibus, & stagnantibus
aquis, foliis fabae Aegyptiae, minoribus & longio-
ribus, aliis in summa aqua, aliis demersis, pluribus ex
radice eadem prodeuntibus: flore lilio simili, albo, &
60
in medio crocos habente: cum defloruerit, ut rotun-
dum malum, aut papaveris caput, extuberat: a nigro
semine denso, & lato, lenti gustus. Caulis est laevis, niger, minimè crassus, Aegyptiae fabae cognatus: radix
nigra, & scabra, clavæ similis, quae autumnò secatur. Sicca cum vino pota coeliacis, dysentericisq., auxilia-
tur, & lienem absumit. Radix stomachi, ac vesicae doloribus illinitur: vitiligines ex aqua emendat: imposi-
ta cum pice, alopecii medetur: eadem contra veneris insomnia bibitur: siquidem ea prorsus adimit: pota
assidue aliquot diebus, genitale infirmat. Idem semen potum efficit. Nymphæae nomen sibi vendicasse
videtur, quoniam aquosa amet. Plurima invenitur in Elide, in Anygro amne, & in Boeotiae Aliarto.

Νυμφαία

Cast. leg.
amato.
Ori. leg.
leg. pa-
crassa.

Ori. leg.
i. Cilicia.

Est & altera nymphaea, [cujus flos blephara dicitur,] foliis antedictae: radice alba, scabra: flore luteo nitente, rosae simili. Hujus semen, & radix contra foeminarum profluvia efficaciter ex vino nigro bibuntur. nascitur in Thessalia, amne Peneo.

I. NYMPHÆA ALBA.

II. NYMPHÆA LUTEA.



Meum
non legi
conclui.
a Meum
explar
ad capitis
calcem
add Num-
φαια αλ-
λη εις
νυμφαια
καλυστι
ητις αιδε-
σθαι ελ-
γειται.
Nymphæ
quam
Nympho
nam vo-
cant, cu-
jus flos
Nephar
dicitur.

Nymphaea utraq; seplasiarum Mauritanio nomine Nenuphar appellatur. Nascitur ubiq; frequentissima in paludibus, lacubus, & aqua stagnantibus. Unde non mirum, si ea sit vulgaris admodum planta, & omnibus notior, quam ut
40 indicari deceat. Veruntamen Fuchsius in libro illo de compositione medicamentorum, quem nuper auctum edidit, putat alias esse Græcorum Nymphaas, alias Arabum, ut ejus verba, qua hic subjiciam, a se satis declarant. Nymphaas, inquit, seplasis Nenupharis. Facilitatamen florum ejus Dioscorides & Galenus non meminerunt. De illorum itaq; sententia semine potius. & radice medicis utendum erit, quæ, ut iidem testantur, refrigerandi & exiccandi potestatem obtinent. Arabes contra floribus esse utendum precipiunt, illuz refrigerandi in tertio, in secundo autem humectandi vim tribuunt. Atq; hos quidem flores quarta species Nenupharis producit, quandoquidem illi præter binas, quæ Græci commemorant, duas alias recensent. Ut hinc constet, eam Nymphaeam, cujus flores humectare Arabes memoria prodiderunt, hodie esse omnibus incognitam. Quapropter toto cælo errant nostri temporis medici, quod sui Nymphaas, quæ sunt Græcorum, hu-
50 mectandietiam facultatem assignant, ita Arabum scripta sepe numero errandi occasionem medicis præbent. Et mirum planè est, Serapionem etiam inter Nymphaas numerare, quam calidam esse & tenuem parum scribit. Aded nihil est in
universa Arabum doctrina certum, ac solidum: hæcenus Fuchsius. Hujus equidem viri aliqui eruditi inæcio tantum abest ut hac in re subscribere velim, ut potius cogar ipsum resellere, atq; Arabum doctrinam tuere: utpote qui Græcorum scripta bona fide referant, atq; in etiam addant si quid boni habent sua industria & experientia compertum. Id quod vel hic fiet perspicuum omnibus, qui æquo animo rem judicabunt. Quod igitur Arabum nymphaea, etsi ea humectare tradant, ubi de earum floribus mentionem faciunt, eadem sint cum nymphaas Græcorum, qui vim illam intractam reliquerunt, facile probari potest Serapionis, ac Avicennæ testimonio. Hi namque, ut omitam quod omnia ferè ex Dioscoride transcribunt, non solum utuntur floribus, ubi humectandum sit, sed etiam semine & radice, ubi adstringere & refrigerare sit opus. Neque mirum certè, quod Arabes sui Nymphaas frigidum & humidum temperamentum adscribant, quando sit illis, ut etiam nobis, experimento compertum est, illarum flores humectare & refrigerare. Paratur enim de floribus oleum ipsi in eo in-
60 solatis, quo utuntur medici ubi refrigerare ac humectare sit opus. Soporiferi enim quidpiam illi inest, folia recentia renibus admoda, seminis profluvia sistunt. Atque aded hoc mihi non videtur Græcorum sententia adversari: quippe Græci scribunt nymphaas exiccandi quidem & refrigerandi vim habere, sed de semine & radice intelligunt. Arabes verò nymphaas humectandi & refrigerandi facultatem tribuunt, quam tamen flores sortitos esse volunt, ut clarissime scribit Avicenna. Illud addam, quod nihil prorsus sit alienum a ratione, ut una eademq; planta suum variet temperamentum, pro diversa uniuscujusq; partis natura. Hujus rei Gal. testis esse potest in mandragoræ mentione, ubi scriptum reliquit eam radice refrigerare & exiccare, fructu verò refrigerare & humectare. Quare, meo quidem iudicio, Arabes erunt in hoc laudandi potius, quam odiosè (quod videtur facere Fuchsiu) exprobandi: ut qui non sine magna mortalium utilitate Nymphaea flores in usum medicum afferuerint: quod a veteribus Græcis quantum nobis constat præter missum est. Porro verisimile non est, quod Arabes ignoraverint, quæ in nymphaas fuerint seminis & radice facultates. Nam si Avicenna
exissima sset

Nym-
phæz cō-
sideratio.
Fuch.
opinio
reproba-
ta.
Dem ali-
ar Græco-
rum, alias
Arabum
Nymphæ
astatuit.

I. ANDROSACES.

II. ANDROSACES ALTERA.



Androsace duplex est, alia foliis carens folliculos habens, quæ vel petrae innascitur, ut nobis ante viginti annos Cl. Ulysses Aldroandus Bononiæ exhibuit: vel Chamæconchæ, ut ante annos novendecim, cum Monspelio Frontignanum navi veheremur, ad montem Cetium studiosos herbarum inquirendarum causa deducturi, itagnis innatantem copiose vidimus & legimus. Dicitur Androsaces, Matth. Lac. Cast. Lon. Lugd. Androsaces Cotyledon foliosum marinum, Advers. Lob. Androsace Matth. primum. Tab. Fungus marinus minimus, Cæs. Umbilicus marinus Monspelienfibus. II. Androsaces altera, Matt. Lugd. Clus. hist. Pan. Tab. Cam. Morsus gallinæ vel Alsines species, non ex Syria, sed quadam antiqua macerie, Adversariis: verum Adversaria falluntur, cum hanc elegantem plantulam ante viginti duos annos in horto nostro coluerimus, cujus elegans apud Cusium descriptio & apud Camerarium figura, cum in hac folia minus recte sint expressa, quæ plantagini angustifoliæ æmula, & in ambitu dentata sunt: qua de re plenius in historia.

Ἀσπλην.

ASPLENUM.

CAP. CXXXIV.

Asplenium aliqui scolopendrium vocant, alii splenion, alii hemionium: foliis est multis, scolopendræ animalis similibus, ab radice una prodeuntibus. Nascitur in parietibus, saxisque siliceis, & opacis: nec caulem, nec florem, nec semen habet. Folia polypodii modo dividuntur, subter flavescentia hirsutaq; supérne viridia. Vim hanc habent folia in aceto servata, ut per dies quadraginta pota lienem absumant: quibus etiam contritis lienem ex vino illini oportet: stranguriæ, & regio morbo prodest, singultum sedat, calculos in vesica comminuit. Conceptum adimere creditur, per sese, aut cum muli liene apensa. Tradunt noctu, silente luna, hujus rei gratia effodiendam.

Asplenium, sive Scolopendrium tam à medicis quam pharmacopolis, qui planè Mauritanorum scripta sequuntur, Cetrach barbara voce vocatur. Nec diu est, quod novere rei herbaria periti Arabum Cetrach esse legitimum Scolopendrium. Quandoquidem antea universa herbariorum schola Aspleni loco phyllitum, quam etiam vulgò Linguam cetrach appellat, suis immiscebant medicamentis. Verum enimvero quanquam hoc adeo clarum est, ut nullus amplius dubitandi locus relinqueretur: adhuc tamen inveniuntur à veteribus nostris seplasiariis, qui ut suam potius pertinaciam, quam veritatem ipsam tueantur, nullo pacto sibi persuasum esse volunt, phyllitum non esse legitimum Scolopendrium: eo tantum argumento pertinaciter innixi, quod summae phyllitum Scolopendrium appellaverint, quodq; eam spleni semper maxime profuisse experimento cognoverint. Quia tamen in re prorsus aberrant, ut ex Aspleni notis facile ab omnibus intelligi potest: ex quibus apertissime cognoscitur, nil aliud esse Asplenium, quam ipsum Cetrach vocatum. Nec desunt præterea, qui obnixè contendunt, Cetrach non esse Asplenium, quod scripserit Dioscorides nasci Asplenium foliis polypodii, sive filicula, quibus tamen ipsius Cetrach folia non undequaq; respondere videntur. Verum si ii, qui ita obijciunt, eam vidissent filiculam, quæ in montibus provenit in itinere, quo Goritia per montes in Carniolam itur, foliis angustioribus, & admodum virentibus, iis in posterum, quantum equidem reor, omnis dubitandi occasio sublata esset. Siquidem filicula hac folio exit Cetracho perquam simili, quanquam paulò ampliore. Tantæq; est similitudo, ut mihi primum hanc herbam inspicienti ea sermè visa sit verum Asplenium: quæ tamen effossa radice statim pro filicula agnoscitur. Præstantissimum Asplenium in Creta nascitur, ubi repertum Vitruvius affirmat circa Potereum amnem, qui duas urbes, Gnoson & Cortynam, interlabitur: parte quæ ad Cortynam spectat, pecoribus sine liene inventis, quia herba hanc roderent: altera verò parte, quæ ad Gnoson est, lienem habentibus, quia ibi herba illa non appareat. Ceterum aureus pulvis, qui in Aspleno aversa foliorum parte invenitur, drachma pondere unicum albi succi farina semidrachma, ex succo portulacæ potus, aut plantaginis, gonorrhæa laborantes mirificè juvat. Herba autem totius decoctum datur utiliter potandum ad omnes melancholicos affectus, & ad eos præsertim, qui Gallica lue affecti sunt. Aspleni vires paucis perstrinxit Galenus libro sexto simplicium medicamentorum, sic inquit: Asplenium tenuium est partium, non tamen calida herba est. Hac utiq; ratione Asplenium & Scolopendrium Græcis non quibus idem, sed diversas omnino plantas representare, Galeni autoritate freti: quippe qui libro quinto capite septimo simplicium diversa.

Aspleni
confideri.
CetrachCetrach
nō est A-
splenium
quibus.Aureus
pulvis A-
spleni &
vires.Aspleni
vires ex
Galeno.
Aspleni
& Scolo-
pendriū
quibus
plicium diversa.

ASPLENUM.



Nomina.

plicium medicamentorum de his differens, quæ obstructio lie-
ni conferunt. Scolopendrium ab Aspleno segregasse manifestè
videatur, cum inquit: Majores lienis obstructions vebemen-
tius desiderant medicamenta, nempe capparis corticem, ta-
marici radices, scolopendrium, & scillam, & eam, quæ id
ipsum nomine representat, asplenon appellata. Hæc cerre ver-
ba differentiam fieri apertè declarant. Sed, meo quidem ju-
dicio, credendum esse suspicor, quod hoc in loco præter Galeni
sententiam accreverit Scolopendrium, depravatæq; in eo sit
scriptura vel librorum incuria, vel nimia alicujus scoli
diligentia: quod in sequentibus libris, in quibus de simplicium
omnium, quorum cognitionem habuit, facultatibus sigilla-
tim differit Galenus, nusquam, quod invenimus, Scolopendrii
meminerit, sed tantum Aspleni, cujus etiam vires (ut supra
retulimus) sanè quàm paucis perstrinxit. Aut rectius fortè
crediderim, quod eo in loco per Scolopendrium, vel per Asple-
num hemionitum intellexerit Galenus, de qua in sequenti
commentatione dicemus: quandoquidem hemionitis (ut ipse
Galenus scribit l. 9. c. 2. de comp. med. secundum locos, ubi ea
pharmaca ab Andromacho conscripta recenser, quæ epota
splenicis sive lienosis opem ferunt) ab aliquibus ex antiquis
Asplenum, ab aliis Scolopendrium appellata est. Quare non
esset mirum, si loco prædicto Galenus accepisset asplenum pro
hemionitide: præsertim quod hæc herba quoq; eam vim for-
tita est, quæ lienem absorbere potest. Illa planta, quæ Græci
ἀσπλην, Latini quoq; Asplenum, & Scolopendrium appella-
tur: Mauritanis, Scolopendrium seu Scolusendrium: Offici-
nis, Cetrach: Italis Aspleno, Scolopendria, & Herba indara-
ta: Hispanis, Doradilha: Gallis, Cetrach.

Asplenon, quod splenem juvet, dicitur: Scolopen-
dria vera, Trag. Lon. Asplenum, Matth. Dodo. gal. & fol. Lac. Lobel. Cast. Lugd. Cam. Asplenion Cordi
in Diosc. Asplenus, Gef. hor. Scolopendrium, Cord. in hist. Anguil. Cetrach. Gef. hor. Casalpino.

Hæmionitis.

HEMIONITIS.

CAP. CXXXV.

Hemio-
nitida
confid.

Hæmionitis quam aliqui splenion vocant, foli-
um emittit Dracunculi, lunatum: radicibus co-
hæret multis, tenuibus, nunquam flores, neq; fe-
men, neq; caulem gignit: in petrosolis nascitur, austè
ro sapore. Ea ex aceto pota lienem absorbit.

Falluntur procul dubio (ut in Phillitidis commentatione
superius diximus) Leonicius, Ruellius, & Manardus:
quippe qui sibi certò persuaserint, Hemionitida eam esse
plantam, quam seplasiariorum vulgus Linguam cervinam,
perperamq; Scolopendriam nominat. Sed quoniam in prædi-
cto loco hos viros aliqui doctissimi, & Fuchsum pariter eos
fecit errare, evidentissimè, ut patet, argumentis ostendi-
mus: idcirco supervacaneum esse duximus hic eadem repe-
re, præsertim quod neminem futurum sperem, qui eò se con-
ferre gravetur, si cupiat nostras contra viros tam celebres ra-
tiones audire. Porro non modò jam nobis compertum est, ve-
ram Hemionitida, quæ à Dioscoridis historia nihil prorsus dis-
sidet, Roma nasci in quibusdam rudibus, adificiorumq;
ruinis prope magnam Amphitheatrum, unde quidam rei her-
barie studiosi eam in suos transtulerunt hortos: sed nos quoq;
hoc anno eam accepimus ab Aloysio Anguillario, qui Hemio-
nitida plantam, cujus picturam damus, ad nos Patavio mi-
sit. Equidem credidimus jam dudum unà cum Hermolao, &
Ruellio Teucrium, & hemionitida nunc tantum Plinio plan-
tam esse, depravatis ejus exemplaribus decepti, quæ l. 25. c. 5.
ita scriptum habebant: Invenit & Teucer eadem ætate
teucrion, quam quidam hemionion vocant. Veruntamen
cum postea tractu temporis Plinii codex mendis quàm pluri-
mis expurgatus ad manus esset, non hemionion legendum fuisse comperi, sed hermion. Quo factum est, ut omnino fuerim co-
actus in hoc mutare sententiam, contraq; asserere Teucrium à Plinio descriptum à Dioscoridis teucrio nullis notis differre.
Ceterum inter hemionium, & Asplenum Plinio nulla intercedit differentia, quod scripserit lib. 27. cap. 5. Asplenum sunt,
qui hæ-

Hemio-
nitida &
Asplenum
Plinio
idem,
mis expurgatus ad manus esset, non hemionion legendum fuisse comperi, sed hermion. Quo factum est, ut omnino fuerim co-
actus in hoc mutare sententiam, contraq; asserere Teucrium à Plinio descriptum à Dioscoridis teucrio nullis notis differre.
Ceterum inter hemionium, & Asplenum Plinio nulla intercedit differentia, quod scripserit lib. 27. cap. 5. Asplenum sunt,
qui hæ-

qui hemionium vocant. Sed equidem vereor, ne & ipso in errore versetur: quandoquidem Dioscorides non modò utriusq; historiam diversis capitibus descripsit, sed etiam asplenium nusquam, quod sciam, hemionitum appellari ait: tamen si contra Hemionitum non asplenium, sed splenion à quibusdam vocari tradiderit. Sed posteaquam Hemionitidis lunata folia mihi Lunariae ad memoriam revocarunt herbam illam, quae à chymistis LUNARIA minor, & ab aliis ob semen racemosum Lunaria bo-
 10 trytis cognominatur, cum & ipsa miris in medicamentis polleat viribus, non praetereundum duxi, quin hic de ea aliquid differerem. Hac itaq; brevis est planta, dodrantali fere altitudine. Caule constat simplici, dodrantali, rotundo lento, ac firmo, brasiæ marine modo. Flores profert in summitate caulis, oxalidis minoribus instar: semine rufò, rotundo, minutoq; in uva modum racematim coherente. Nascitur in altis montibus heroso loco. Vistotius planta mirè efficax vulneribus re-
 centibus glutinandis, itemq; pota intrinsecus, atq; illita extrinsecus corporis si aëturis sanandis: quare miris celebratur lau-
 dibus ad puerorum enterocelas. Datur utiliter commodeq; dysentericis, plantae tota in pulverem contrita ex vino austero pota. Albas uteri fluxiones supprimit, quemadmodum & rubentes. Ferunt equos, qui in montibus herbas depascuntur, ubi
 hac copiosa provenit, avulsis ab ea clavus, suos ferreos calceatus amittere, ob id vulgò à nonnullis Sferracavallo, appellari. Sed perperam, meo quidem iudicio, quod alia sit planta, quae vel ab ipso effectu legitime sic fuerit appellata. vel quod se-
 men proferat ferreus equorum calceus simile. Verum, cum à chymicis hac planta inter Lunaria genera recenseatur, adeò ut
 quidam eam ipsam Lunariam majorem appellent: praeferre quidem non potui, quin de ea quoque hic verba facerem. F. H. Sferra ca-
 itaq; planta, quam nos SFERRA CAVALLO appellamus, herba in altis montibus proveniens, foliis minori Securidaca
 vaillo.

II. LUNARIA MINOR.

*III. LUNARIA MINOR RAMOSA.

20

30

40



proximis, passillis, cordatisq; faciem referentibus, incurva secundum longitudinem excurrente linea, pluribus utring; è lon-
 50 go pediculo emergentibus siliquis, oblongis, pressis, numerosis, altera parte incurvis incisuris divisis & foraminum rotun-
 dorum speciem referentibus, prominente utring; foraminum orificio, adeò ut non parum opificii in hisce fabricandis natu-
 ra adhibuisse videatur: caules habet angulosos, striatosq;, ramulis compluvibus refertos, sed flores haecenus mihi videre
 non licuit. Semen è siliquis prodit lunatum, bicornè, unde illi Lunaria nomen apud chymistas, qui eam magnis efferunt pra-
 conis ad argentum conficiendum, hac tantum ex argento vivo argentum purum fieri fabulantur, sed quam suis opinionib;
 deludantur ii, saepe suo magno damno experiuntur. Radice nititur gracili quatuor digitorum longitudine. Hanc ego
 plantam Securidacam montanam appello, cum non parvam videatur habere cum minori securidaca cognationem, cum
 facie, tum viribus. Quod autem equi, qui diu hanc plantam virentem calcaverint, ferreis calceatibus protinus exuantur,
 quid certi afferam non habeo. Verum cum scribat Plinius lib. 10. c. 12. Picum martium adactos cavernis eorum cuneos à pa-
 storibus, ad mortuam quaedam herba extrahere: & Trebius antiquissimus author illi subscribat, cogor quidem iis haud omnino re-
 60 fragari, qui huic plantae id virium tribuunt. Nullum quod sciam habet in medicina usum, quamvis non desint herbarii,
 qui eam potionibus vulnerum addant. Est & alia herba, quam aliqui similiter Lunariam minorem nominant, quae in scro-
 bium ripis, & aggeribus uliginè madentibus, secus vias plerumq; nascitur. Serpit hac humi juncis cauliculis, cubito longio-
 ribus, clematidi illi similibus, quae Vinca pervinca vulgò vocatur, in quibus à radice ad summum ex utroque latere brevi-
 bus interstitiis folia exeunt crassiuscula, rotunda, parvorum nummorum speciem referentia: unde à nonnullis Num-
 mularia dicta est. Sunt qui existiment, hanc esse Elatinem. Verum quia Nummularia dicta folia pilosa non sunt
 sed levia: quia praeterea non nascitur in segetibus & cultis, sed in scrobium aggeribus & uliginosis locis, idè iis non pos-
 sum adstipulari. Hac quoque glutinandis, & cohibendi facultate praedita est. Sed jam, ut nostri moris est, Hemionitidis
 suae addantur vires ex Gal., qui eas retulit lib. 6. simplicium medicamentorum, his paucis verbis: Hemionitis simul & ad-
 strictionem.

Lunaria
minor
alia.Hemio-
nitidis vi-
res ex
Gal.

Nomina.

IV. SFERRA CAVALLO.



ὄφθαλ-
μῶν. ἢ sub
falsus. ita
meum.
Orib. nō
legit cō-
clula.

Ανθύλλης.

ANTHYLLIS.

CAP. CXXXVI.

Anthylli-
dis cōfid.
Fuchsi
opin.
damnata,
dñ Kali
Anthylli-
dem cen-
set.

Anthylli-
dis vires
ex Gal.
Nomina.

† Ori. le.

git ἄνω.

xvi. i. tri

cubitali.

Meum

ex mp.

ἰσθδον

ρδψ λευκός

x. x. x.

x. x. x.

x. x. x.

x. x. x.

x. x. x.

x. x. x.

x. x. x.

x. x. x.

x. x. x.

x. x. x.

x. x. x.

x. x. x.

x. x. x.

x. x. x.

x. x. x.

x. x. x.

x. x. x.

x. x. x.

x. x. x.

x. x. x.

x. x. x.

x. x. x.

x. x. x.

x. x. x.

x. x. x.

x. x. x.

x. x. x.

x. x. x.

x. x. x.

x. x. x.

x. x. x.

x. x. x.

Anthyis duplex est: quædam enim lenti simillima, foliis mollibus, rectis ramulis, palmi altitudine: radice parva, tenui. Nascitur in salis terris, & à sole illustratis, non infuso gustu. Altera est foliis, ramulisq; a jugæ similis, hirsutioribus tamen, [brevioribus, & asperioribus] flore purpureo, odoris admodum gravis: radice cichorii. Pota drachmis quatuor, urinæ difficultati, renibusq; plurimum prodest. Tritæ, vulvæ pituitas emolliunt, cum rosaceo, & lacte impositæ vulneribus medentur. Quæ autem a jugæ similitudinem refert, præter alia pota cum aceto mulso, comitiales sanat.

Primam, aut alteram Anthyllida, quæ Dioscoridi historia respondeat, non equidem hæcenus in Italia reperi, aut reper- tam vidi: quanquam non negaverim, quin ea inibi proveniat. Ruellius hanc posterit at Salis vocatam fuisse tra- dit, quod ex ea saltem fieri memoria proditum sit. Fuchsius vero in libro de comp. med. quem locupletatum nuper excudit, putat eam herbam, quæ Kali Mauritani dicitur, de qua nos differimus libro superiore in Atriplicis commentatione, Anthyllidem esse: nam ubi Aluminium genera expendit, in fine sermone inquit: Alumen, quod Catina appellant, ex herba com- busta conficitur, Kali Mauritani dicta, Græcis Anthyllide & Tragō. Sed, meo quidem iudicio, in hoc aperte hallucinatur Fuchsius unâ cum Amato Lusitano, à quo illum hanc vanam opinionem accepisse facile suspicor. In primis namq; non vi- deo ego, quomodo fieri possit, ut Kali Mauritani duas possit legitime Græcorum plantas representare, Anthyllida & Tragum, quæ quidem genere, forma, notis ac viribus inter se maxime differunt, ut in ea Apologia quam in illum Lusitanum scripsimus, latius ostendimus. Deinde nobis planè subit mirari Fuchsi, virum aliqui doctissimum & in re medica aded clarum, ut primas ferat in Germania, quod Lusitani illius ineptias tam religiose sit secutus, ut hic contentus protulisse An- thyllidem esse herbam Kali, neglexerit præterea Anthyllidis genera, quæ Dioscoridi duo sunt, expendere: atq; genus expli- care, quod Kali esse putabat. At revera Kali (quantum ego sentio) nec primam, nec alteram Anthyllidem exprimit, neq; etiam Tragum. Etenim hoc sine foliis nascitur, sed eorum vicem expleat aculei, aded ut tota planta spinis horrida spectetur. Illa vero Anthyllis, quam primo generi adscribit Diosc. lenti simillima est. Porro alterum eius genus (teste Diosc.) foliis ra- mulisq; a jugam emulatur, hirsutioribus tamen, brevioribus & asperioribus: flore purpureo, odoris admodum gravis. Quæ nimirum nota in herba Kali, gustanti salsa prorsus desiderantur. Utriusq; Anthyllidis meminit Gal. lib. 6. simpl. medic. sic inquit. Anthyllis duplex est, sed utraq; modicè desiccata, ut & ulcera glutinat. Caterum altera, ea scilicet quæ Cha- mæpitryi ad similes est, quadamtenus subtiliorum est partium, quàm altera, aded ut & comitia ibi comperat. Quin & ipsa magis quàm altera extergere potest. Quæ herba Græcè ἀνθύλλης, Anthyllis item Latine, & Anthyllide Italice nominatur.

Ανθίμης.

ANTHEMIS.

CAP. CXXXVII.

Anthemidis
genera tria
tantum flore
distantia: rami
dodrantes, fru-
ticosi, alis multis
concavi: te-
nuibus foliolis,
parvis, numero-
sis, rotundis ca-
pitulis: † flori-
bus in medio au-
reis, forinsecus
orbiculato ambu-
to candidis, meli-
nis, aut purpureis,
magnitudine folio-
rum rutæ. Nascitur
in asperis & juxta
semitas: colligitur
vere. Vim habent
radices, flores, &
herba excalfaciendi,
extenuandi q; Potu,
& infusione, pel-
unt menstrua,
partus, urinam,
calculosq; ad-
versus inflationes,
& ilei tormenta
bibuntur: bi-
lem fuffusam expur-
gant: jecinorum
vitia sanant. De-
cocto earum vesicæ
foventur. Ex omni-
bus his generibus
ad calculos effica-
cissima est, quæ
florem purpureum
habet, & cuius
amplitudo majus-
cula est. Hanc
proprie heranthemon
vocant. Ea cui
leucanthemo nomen
est, ite quæ chrysan-
themum dicitur, vehe-
mentius.

† Meum ὅπου τοῖς ἰατρῶν ἰσχυρῶς, i. quod & per omnia majus est.

tius

I. ANTHEMIS, SIVE CHAMÆM.



tius urinam ciunt. Ægyptiis illitæ medentur: com-
manducatæ ulcerum eruptiones in ore sanant. Non-
nulli in clysteribus ex oleo utuntur, terunturq; in fa-
rinam, ad abigendos febrium circuitus. Flores, & fo-
lia recondi debent, & privatim tusa, in pastillos dige-
ri: radix quoq; siccare, dumq; ingruit necessitas, binæ
partes herbæ dari, modò floris aut radice pars una,
modò contra floris partes duæ & herbæ una, permu-
tatim duplicato pondere, alternis diebus, bibere au-
tem oportet in vino mulso diluto.

Anthemis, quæ & Chamælon ab odore mali Græcis di-
cta est, officinis, vulgò corrupta voce Chamomilla vo-
catur. Verum quamvis tres Anthemidis species florum colore
tantum differentes, memoria prodiderit Dioscorides, eamq;
ceteris ad calculos præstare tradiderit, cui flores in medio au-
rei, per ambitum vero purpurei bubonii modò insunt: phar-
macopola tamen in Italia illam duntaxat sibi comparant,
quæ floribus constat intus aureis, foris foliis albicantibus cir-
cumscriptis: quod hæc ceteris frequentior, copiosiorq; inter sege-
tes in campis proveniat, oleatq; suaviter. Quandoquidem ca-
tera ejus genera, à paucis sane cognita, in variis Italia locis re-
periuntur. Sunt qui putent plantam, quam quidam Vergilii
ADONIDEM esse censent, purpuream Dioscoridis esse
Anthemidem, sed re vera hallucinantur, quòd hujusce An-
themidis genus, Diosc. recte, flores proferat in medio aureos, &
forissecus orbiculato ambitu purpureos, ut in [Antello] Belli
quadam videmus, à quibus maxime differunt vulgari Ado-
nidi flores, qui papaverum sylvestrium flores amulantur.
Ceterum Anthemis cujus vulgaris est usus, caules edit cubi-
tales, foliis est parvis, capillaribus, tenuibus, ac numerosis: flo-
res fert in caulium, ramorumq; summitatibus Parthenio, quod
Matricariam vocant, similes. Rad. cibus nititur tenuibus, nec

Anthe-
n idis
confid.

Adonidæ
mentio.

altè descendentes. Tanta est Anthemidis cum COTULA sœtula similitudo, ut nullo serè oculorum intuitu sed olfactu
tantum altera ab altera dignosci queat. Namq; altera, nempe Anthemis perquam belle ac suaviter olet, altera verò sœtet,
& adeò acru est, ut curim exulceret adalligata. Quo fit ut qui in campis alvum exonerant & deinde hæc herba sedem ab-
stergunt, paulò post intolerabili vexentur ardore. Ceterum Anthemidis decoctum potu lateris dolores sanat. Idem præstat de vires,

Cotula
sœtula.

Anthemis
de vires,

*II. CHAMÆMELUM NOBILE
flore multiplici. **III. CHAMÆMELUM FOE-
tidum, seu Cornu. *

aqua

IV. ADONIS.



Anthemidis vi-
tes ex
Gal.

Nomina.

aqua è floribus distillata. Anthemidis flores absque foliis de-
pti, tussis, in mortario, & ex oleo in pastillos conformati, si ex
eodem oleo dissolvantur, usq; febricitantes à vertice capitis usq; ad
pedes illinantur, moxq; stragulis, ut sudent, integantur, quas-
cunque febres sanant, si sudor copiosus fluxerit. Ita enim scri-
ptum reliquit Nicheser Aegyptius. Anthemidis meminit Gal.
lib. 3. simpl. med. sic scribens. Chamamelum tenuitate quidem
rosa per similia est, calore vero ad olei facultates magis accedens,
animalium familiares, tum temperatas. Quapropter lassitu-
dinibus, ut si quid aliud confert, doloresq; sedat, mitigatq;. Pra-
erea tensa remittit, & laxat, quaq; mediocriter dura sunt,
emollit, quaq; constipata rarefacit. Ad haec febres, quae citra
visceris alicuius inflammationes infestant, discurrit, ac dissolvit,
ac praesertim quae ex humoribus biliosis, aut cuius densitate pro-
veniunt. Quae de re & ab Aegyptiorum sapientibus soli conse-
cratum est, febriumq; omnium remedium putatur. Verum hac
quidem in re à veritate aberrant: solae enim, quas dixi febres
sanare potest, easq; quae jam concoctae sunt. Fuvat tamen pul-
chre reliquas etiam omnes, quae melancholicae sunt, aut pitui-
rosa, aut ex viscerum inflammatione prognata. Nam & ha-
rum remedium Chamamelum vel strenuissimum est, ubi jam
concoctus adhibetur: quapropter, & hypochondriis, ut si quid
aliud, gratum existit. Meminit etiam in libro 6. eorundem
simpl. med. sic inquiri. Dicitur quidem in 3. libro de hac her-
ba copiosius est, diciturq; nunc summum, quod calefacit, &
desiccet in primo ordine. Et & tenuium partium, ac proinde
digerendi, rarefaciendi, & laxandi facultatem obinet. Plan-
ta, quae Graeci ἀνθέμις, & χαμαιανθή, Latinis pariter Anthe-
mis, & Chamamelum appellatur: Arabibus, Debonigi, seu Ba-
bunegi: Italis, Camamilla: Germanis, Camillen: Hispanis
Manzanilla: Gallis, Camemina, & Camomille.

Chamamelum aliud odoratum, quod vel gratum, idq; flore simplici, quod vulgatum, vel peregrinum:
aut flore pleno est: vel ingratum spirat odorem. Aliud in odorem Cotula, & quidem arvense, marinum,
& alpinum. I. Chamamelum vulgare, quod Leucanthemum Diosc. C. B. Chamamelum tertia Parthenii
species Brunf. Anthemis sive Chamamilla, Matth. Cor. in Diosc. Chamam. Lac. Cast. Cae. Tab. Thal.
Chamomilla tertia, Trag. Chamam. leucanthemum, Fuch. Gef. hor. Chamam. sylv. Dod. gal. Lugd.
Chamam. vulgare, Dod. fol. Gef. hor. ap. Chamomilla vulgaris, Lon. Chamamelum verum, Gef. hor.
Chamam. arvense, Cam. Anthemis vulgarior, Lob. II. Chamam. nobile flore multiplici, C. B. Anglorum
niveum Leucanthemum flore multiplici, Advers. Lob. Anthemis leucanthemos nivea Anglorum flore
multiplici, Lugd. Chamam. leucanthemum odoratum multiplex, Dod. fol. Chamam. Romanum flore
multiplici, Cam. in Matth. Tab. Chamam. flore pleno, Cam. Hoc tenerioribus est cauliculis humi spar-
sis, foliolis brevioribus, floribus ex plurimis foliolis dense compactis: tota planta caeteris suavius olet
quare & facultatibus superat: sunt qui ex plantae succo, floribus & vino albo, Syrupum ad icterum &
hydropem splenis vicio causatum, conficiant. Circa Aurelias Galliarum spote quidem provenit, alibi in
hortis cultioribus reperitur. III. Chamam. foetidum, C. B. Cotula foetida, quarta species Parthenii,
Brunf. Camomilla secunda & sylv. Trag. Cotula foetida, Matth. Dod. gal. Gef. hor. Lob. Lac. Lon. Cast.
Lug. (cui & Parthenium leptophyllum Hippocratis) Cam. Parthenium, Fuch. Cotula, alba, Dod. fol.
Cotula, Tab. Cota vulgo in Hetruria, Cae. cui & Buphthalmum Diosc. Gal. & Plinii, Buphthalmum
minus, Cord. in Diosc. Chamam. album seu foetidum, Thalyo. IV. Adonis hortensis est & sylv. haec
flore vel majore vel minore, haecq; rursus rubro, pallido, luteo, in medio nigricante, rarius albo. Ado-
nis flore minore, C. B. Anemone agrestis, Trag. Anemone, Cor. in Diosc. Anemone tenuifolia, Cord. in
hist. Adonis Matth. Lugd. Flos Adonis, Lob. Adonidis flos, Cam. Chamamelum Eranthemum, Dod. gal.
Gef. hor. Eranthemum, Dod. gal. & fol. Chamamelum rubrum, Gef. hor. Anthemis Eranthemos, Lug.
Chamamelum cuius folia florem cingentia sunt purpurei coloris, Cast. Chamamelum purpureum,
Tab. Aculeata, Lon. Ranunculus arvensis floribus rubicundis, Cae. alpino.

παραθηνιον.

PARTHENIUM.

CAP. CXXXVIII.

Parthenium, aliqui amaracon vocant, foliis, & coriandri, tenuibus: flore per ambitum albo, intus me-
lino, odore sub viroso, sapore amaro. Siccatum, cum aceto mulso, aut sale potum, non secus atq; epi-
thymum, & bilem, & pituitam detrahit: suspensiofosis prodest, & melancholicis. Herba sine flore à calculo-
sis, & anhelatoribus magna utilitate bibitur. Valer decoctum ad insidendum in duritia vulvarum, & 60
inflammationibus. Illinitur sacro igni, & collectionibus cum flore.

Parthenii
confid.
Matricar-
iam non
esse Arte-
misiā
cōtra Bra-
s. Fuch.
& Mo-
nach.

Ex itur Parthenium in Italia in hortis fere omnibus, neque modò in iis satum, sed in aliis quoque locis sponte provenit.
Folius est coriandri, amaro sapore, odore gravi: floribus per ambitum albis, intus melino. Hetrusci Matricariam, & ab
amaro sapore, Amarellam vocant. Ceterum hallucinantur, mea quidem sententia, in Parthenii historia Brasavolus, &
Fuchsius, viri aliqui doctissimi: quin & Monachi illi reverendi, qui in Mesuem commentarios ediderunt, quod concor-
des sibi persuaferint (ut superius in Artemisia commentario, eorum errorem explodendo, diximus) Matricariam, sive
Amarellam vulgò vocatam, esse illud Artemisia genus, quod secundo loco à Dioscoride representatur: utpote qui non rectè
exponderint hanc esse legitimum Parthenium. Porro contendunt Brasavolus, & Fuchsius eam omnino plantam
verum

I. PARTHENIUM, SEU MATRIC.

II. TANACETUM.



verum referre Parthenium, quam herbariorum vulgus Cotulam foetidam appellat. Sed quam isti clarissimi medici magno in errore versentur, judicent ii, qui probe sciunt Cotulam foetidam folio esse fœniculi, aut anthemidis potius, quam coriandri: neq. sapore usq. adeo amaro, ut in Parthenio requiritur, sed acutissimo, & exulcerandi vi praedito, id quod nusquam Parthenio tribuit Dioscorides, neq. Galenus. Sunt præterea antiquorum nonnulli, qui Helxinem quoq. Parthenium voca- Helxine; vere, illam scilicet, quæ in parietibus nascitur detergendis vitreæ vasis aptissima, ut Galenus ipse testatur lib. 6. simpl. med. Parthe- nium. & Plin. lib. 22. cap. 17. naturalis historia. Nec desunt etiam, qui velint inas Parthenium appellare Athanasiam, quam & TANACETUM vocant seplasiarii, cuius etiam superius de Artemisia differentes mentionem fecimus, & hic modo effigiem damus. Quorum equidem sententiam magis probandam censerem, quam eorum, qui tertium Artemisia genus Tanace- tum esse contendunt. Folius est majoris millefolii amulis, aliquantò tamen majoribus, amaro sapore, & odore gravi, cau- culis me- dicioz. 40 libus bicubitis alibus, floribus melinæ, aureis globulis similibus, umbellatim quadantenus micantibus. Radice nititur unica, compluribus adnatis fibræ. Provenit in hortis, ac etiam alibi sponte per se nascitur. Excelsa facit, exiccat, abstergit, aperit, flatus pellit. Utuntur Tanacetorecentiores ad ventriculi, uteri & alvi flatus discutandos, item ad lumbricos ex ventre pellendos. Utuntur & ad frangendos renum calculos, & ad ciendam urinam & menses: obstructions viscerum aperit. Sed id viris magis, quam mulieribus commendant: contra verò Matricariam dictam feminis tantum exhibendam præci- piunt. Parthenii in simpl. med. censu Galenum meminisse non reperio. Excelsa facit, siccatur, aperit, abstergit, provocat, resol- vit flatus pellit. Epotus succus drachma pondere cum saccharo ventris tinea perimit: illius impetigines, alphas, & lentigi- nes emaculat. Peculiariter autem auxiliatur omnibus uteri affectibus, quos flatus, aut pituitosus humor excitaverit: men- ses ciet, & secundas calefit recens super tegula, & irrorata vino veteri illinitur contra uteri dolores. Eius nomen Græcum est *ματρίκαριον*, Latine similiter Parthenium: Officinis, Matricaria. Arabicum, Achuen, Uchuen, Achuan, sive Alachnam: 50 Italicum, Parthenio, Matricaria, & Amarella: Germanicum, Mutter Kraut, & Mutteram: Gallicum, Matricaire, Ta- nacetum sive Athanasia: Italis, Tanaceto sive Daneda.

Parthenium quasi virginalis, quod morbis mulierum uterinis medeatur, unde vulgò Matricaria dici- tur. Hæc foliis est latioribus, & angustioribus: illa vel odorata, vel inodora: odora vel simplici, vel pleno flore: inodora, peregrina est & altera alpina. I. Matricaria vulgaris. C. B. Cam. Matricaria, prima Parthenii species, Brunf. Parthenium, Matth. Cord. in Diosc. & hist. Dod. gal. Ges. hor. Lac. Cast. Thal. Amaracus Galeni, Ericio Cord. Matricaria, Trag. Dod. fol. Lon. Cæs. Lugd. Matricaria nostras, Lob. Artemisia tenuifolia Fuch. fol. Tab. Artemisiae ramosa altera species, Fuch. in icon. II. Tanacetum fortè à Tannaco, quo nomine Parthenium appellatum fuisse testatur Plinius. Hoc odorum est, vel inodorum: odorum, aut majus, quod foliis est vel planis, floreq. aut luteo, aut albo, vel crispis: aut minus, hocq. vel campestre, vel alpinum: inodorum, flore minore, vel majore. Tanacetum vulgare, quod Parthenium microphyllon Hip- pocratis videtur, C. B. Tanacetum, Brunf. Matth. Cord. in hist. Ges. hor. Lon. Dod. fol. Lob. in obs. Cast. Cæs. Tanacetum vulgare luteum, Trag. Tanacetum majus, Dod. gal. Tanacetum citrinum, Thal. Tana- cetum millefolii foliis, Lob. in icon. Athanasia, Lugd. Athanasia vulgaris, Lac. Artemisia tenuifolia, Fuch. in icon. Artemisia monoclonos, eidem in fol. Artemisia Dioscoridis, Tabernæmontano.

Βύφθαλμον.

BUPHTHALMUM.

CAP. CXXXIX.

Buphtalmon, quidam cachelam vocant, caules emittit tenues, mollesque: folia fœniculi: luteum flo- rem, anthemide majorem, oculi similitudine, unde nomen traxit. Circa oppida nascitur, & in campe- stribus.

tribus. Flores cum cerato triti, tumores, duritiasque discutunt. Ajunt epotam post exitum à balneis, re-
gio morbo correptis, colorem tractu temporis reddere.

I. BUPHTHALMUM.

* II. BUPHTHALMUM ALTERUM. *



Bupthal-
mi cōsid.

Cotula
non fecit.
da non
est Buph-
thalmū.

Bupthal-
mi vires
ex Gal.

Bellidis
historia
Major.

Media.

Minor.

Non parum profectō inter se variant de Buphtalmō recentiorum sententia, ut herbam, quā ipsum legitime repræ-
sentet decernant, & ostendant. Nam aliqui putant, herbam quandam cubito altiorē, in pratis & agrorum mar-
ginibus nascentem, quæ (ut equidem opinor) Bellis major est, folio nonnihil in ambitu serrato, flore intus melino, extrā ve-
ro candidissimis foliolis undiq; circumdato, anthemide majore, esse legitimum Buphtalmum. Alii vero, quibus adstri-
patur Fuchsius, aliam ab hac herbam verum Buphtalmum esse contendunt, vulgaris anthemidis cognatam, quam officina
Cotulam non fetidam vocant. Sed cur horum sententias comprobem, sanè non habeo: quippe quamvis Cotula non fa-
rida dicta foliorum facie quadantenus Buphtalmum referat, flores tamen in medio melini, & in ambitu anthemidis mo-
do candidi, Dioscoridis pictura non utiq; respondent. Quemadmodum & hinc perspicuum est alteram plantam, cujus
primo loco meminimus, non esse Buphtalmum. Siquidem cum diligentissime scripserit Dioscorides vulgaris anthemidis,
tum etiam parthenis flores intus aureo micare colore, per ambitum verò candido, dubitandum quidem non est, quin & ea-
dem fuerit usus diligentia in describendo Buphtalmi flore, quem tamen luteum in universum facit, non autem in ambi-
tu candidum, qualis in vulgari partheno conspicitur. Cum itaq; Buphtalmum luteo plane flore præditum esse debeat,
haud dubie errant, meo quidem iudicio, qui pro Buphtalmō prædictas, aut similes plantas accipiunt. Ceterum legitimum,
ni fallor, Buphtalmum ad me attulit hoc anno Patavio Joannes Odoricus Melchiorius Tridentinus, juvenis spectatæ in
philosophia ac medicina eruditionis, mihiq; perinde ac filius charissimus, quod in nullis prorsus notis à Dioscorido descri-
ptione disider, ut ejus effigies, quam hic datus, abunde demonstrat. Buphtalmi vires retulit Galenus lib. 6. simplicium
medicamentorum in verbis: Buphtalmum, inquit, sic appellatum est à floribus, qui figura quidem boni oculi videan-
tur ad similes, colore autem anthemidis floribus simillimi sunt, sed multò illi tum majores, tum acriores. Proinde & vehe-
mentius discutunt, adeo ut duritias sanent cerato misti: hæc Galenus. Ubi ne quid nobis obster, animadvertendum est,
quod Galenus, qui Buphtalmi flores anthemidis floribus simillimos reddit, de ea tantum anthemide intelligit, quæ luteos
flores profert. Sed quoniam de Buphtalmi flore differenti mihi B. E. L. S. sic à Plinio vocatæ occurrit, cuius etiam initio
commentarii meminimus, non alienum esse duxi, hoc in loco ejus historiam, & vires recensere. Bellis igitur quæquam plura
sunt genera, tria tamen communiter numerantur, nempe majus, medium, & minus. Majus folia gerit ex angusta origine
in latum ambitum sinuentia, subrotunda, crassiuscula, & circumquaq; quercus modo serrata, humi circa radicem in rotæ
modum accubantia. Quæ autem in caulibus habentur angustiora, oblonga magis sunt senecionii modo, caules emittit ab
una radice plures: cubitales, teretes, robustosq; e quorum summis partibus flores exeunt Anthemide, aut Parthenio majores,
qui æstate serè tota perdurant, colore intus aureo, & per ambitum candido. Radix illi est multifida, haud valde de-
scendens. Nasitur in pascuis, pratis, secus itinera, & in agrorum marginibus. Alterum autem, quod medium appel-
lamus, plerumque in pratis & pascuis provenit, foliis alterius minoribus, nec adeo per ambitum incis, minime sinua-
tis, interra jacentibus. Cauliculos edit tenues, flexiles, rotundos, palmari longitudine: radicem altero tenuiorem, sed
multifidam: flores mittit majori per omnia similes, sed longè minores. Minus quod in hortis & scitilibus feritur, variis
spectatur generibus, quæ florum varietate dignoscuntur. Nam tamen si folia in omni serè genere habeantur longiuscula,
in cæcis

III. BELLIS MAJOR.

IV. BELLIS ALPINA.



V. BELLIS MEDIA.



in cacumine subrotunda, crassiuscula, solo procumbentia, & in tota modum radiantia, atque per ambitum sensim ferrata, flores tamen coloribus & foliorum numero inter se variant. Siquidem in uno genere centivirens aurei, & per ambitum rubentibus foliolis stipati cernuntur: in alio vero ex candido rufescentibus, aut versicoloribus numerosioribus. Sicut etiam qui intus rubri sint, & in ambitu albi, quin etiam qui ubiq; foliolis exilibus admodum versicoloribus adeo stipati habeantur, ut sericinos floccos pene referant. Omnes hoc tempore in coronamentum venere. Nam ob cauliculi molliem & colorum praesentiam, texendis coronis aptissimi sunt. Florent anno seret: 10 si cultorum diligentia non desit. Facultas omnibus eadem: nam ut recentiores perhibent, valent flores in strumis, & capitis fracturis: quin etiam in vulneribus thoracis, quae in pectoris cavitate usq; penetrant, in quem usum Bellis portionibus inserunt. Sunt & qui Bellidis omnia genera laudent ad ischiadica, & paralytica. Sanant commissa sola cum ori, tum lingua exulcerata pustulas: eadem rufas genitalium inflammationes extinguunt, ac etiam resolvunt. Herba psarens in acetariis ex oleo, & aceto devorata, alvum adstringit lenit: id quod etiam praestat ex jure pinguium carni-um decocta & una cum jure sumpta. Bellidis vicia.

Nomina. Latine vero Bupthalmum & Oculi bovis dicitur: Arabicè, Fihar: Italicè, Bupthalmum, & Oculio di bue: Germanis, Rindsaug: Gallis, Oeil de Bœuf. Bellis major, Italis primo flore maggiore, & fior di primavera, nonnullis Primula veris major, dicitur. Bellis minor. Italis primo flore minore, fior di prima vera: Germanis, Maßliebchen: Gallis, Marguerites, seu Basquette, Bellis minima. Italis, Margarine: & fiori di prima vera gentili.



Bupthalmum, quod flore similis sit boum oculis. I. Bupthalmum Dioscoridis, C.B. Bupthalmum Matth. Trag. Lac. Gesner. hort. Lobel. Lugd. Cast. Tab. Bupthalmum vulgare, Clus. histo. Pann. Chamæmelum Chrysanthemum, Fuchf. Corula lutea, Dod. gal. & sol. Corula non fecunda, Lonicero: Chrysanthemum, Cord. in Dioscoridis Gesner. hort. Aster atticus, Cord. in histo. quo ad iconem, quam tamen ipse non apposuit. II. Bupthalmi nomine hoc videtur Camerarius in suo Matthiolo posuisse.

VI. BELLIS MINOR.

VII. BELLIS MINIMA.



VIII. BELLIS MINIMA.



folia alba cingunt, totusq; flos priori multo major est. Hæc in Baldo, monte Veronenfi provenit: à qua diversa quæ in Euganeis provenit. V. Bellis sylvestris media caule carens, C. B. Bellis media, Matth. Clus. hist. Pan. Lugd. Tab. Cam. Bellis sylvestris media, Gef. hort. Dod. fol. Bellis major sylvestris, Lob. Bellis minor, Cast. VI. Bellis sylvestris minor, C. B. Gef. hort. Lugd. Solidago, Brunf. Primula veris, eidem Cæfal. Bellis minor, Matth. Bellis minor sylvestris, Fuch. Dod. gal. & Tab. VII. Bellis hortensis flore pleno. C. B. Pri-

posuisse. Bupthalmi altera species, Gef. hor. Bupthalmum alterum folio & facie Corulæ fœtidæ, Advers. Lob. Bupthalmum alterum Penæ, Lug. Bupthalmum Narbonense, Clus. hist. Pan. Bupthalmum verum, Tab. Chrysanthemum primum Cæsa. Nunc de Bellide. Bellidem licet aliqui velint apud Theophrastum esse Anthemidis foliacei speciem, cœsemus tamen Græcis inditam, & à Plinio primum propositam, quæ sylvestris est & sativa: illa major, media, & minor: major alba, vel lutea: alba pratensis, simplici, rariss. pleno flore, & alpina, hæc; major vel minor: lutea, foliis vel profunde incisus eaque major & minor, vel subrotundis. Sylvestris minor alba, vel mixta, vel cœrulea, hocq; vel frutescens vel non: hæc; caule nudo vel folioso. Sativa verò minor est pleno flore, eoq; majore vel minore, albo, rubro niveo: hujus generis est & prolifera suave rubens, rarius viridis. III. Bellis sylv. caule folioso major, C. B. 40
Oculus bovis vel vaccinus, Brunf. Bellis major, Matth. Trag. Fuch. in fol. Dod. gal. & fol. Lacu. Lob. (cui & Consolida media vulnerariorum.) Cast. Lugd. Cæfal. Cam. Bellis major sylvestris, Fuch. in icon. Gef. hor. Bellium majus Tab. Bupthalmum majus, Lonicer. IV. Bellis alpina major, C. B. Hæc ex radice serpente, lignosa, nigricante, & ab una parte fibras spargente, caulem emittit unicum, cubitalem altitudinem excedentem, rotundum, striatum, ad radicem leviter hirsutum, circa quem folia pediculis carentia, quinq; vel sex transversorum digitorum longa, angusta, rigida, ex rotunditate acuminata, per circumferentiam crenata, nullo ordine disposita: in caulibus summo, flos unicus, medio luteus, quem plurima 60
C. B. Pri-

C.B. Primula Veris Trag. Gef. hort. Cæf. Bellis minor, Matth. Cam. Lugd. Bellis minima Matth. in Compendio. Cast. Bellis minor hortensis Fuch. Dod. gal. Lac. Gef. hort. Taber. Bellis hortensis Dodo. fol. Bellis hortensis multiplici flore, Lob. VIII. Hanc etiam sub Bellide minima habet Matthiolus, quam Bellidem minorem hortensem Tabernæmontanus nominat.

Pæonia.

PÆONIA.

CAP. CXL.

Pæonia, five glycyfide, Græcis aliquibus pentorobon dicitur, sunt qui Idæos dactylos radicem pæoniae vocant. Caulis altitudine sesquipedis adolefcit, comitantibus multis stolonibus. Hujus duo genera: mas folia juglandis habet: in fœmina verò smyrnii more dividuntur. Summo caule filiquas emittit amygdalis similes: in quibus, cum dehiscunt, multa grana, exigua, rubra, acinis puniceorum similia inveniuntur, & in medio nigra, purpurea quinque; aut sex. Radix maris digitali crassitudine, & palmi longitudine, gustu adstringens, alba: fœminæ radicibus ceu glandes circiter septem aut octo inhaerent, ut in hastula regia. Fœminis à partu non purgatis sicca radix datur: ciet menses amygdalæ magnitudine pota: sic ventris doloribus cum vino pota auxiliatur: valet contra regium morbum, & renum, ac vesicæ dolores: decocta in vino & alvum sistit. Rubra grana rubentes menses sistunt, decem vel duodecim pota in vino austero, & nigro: stomachicis, & erosionibus ea esse prodest: à pueris pota initia calculorum eximunt. Grana nigra auxiliantur suppressionibus nocturnis, vulvæ strangulationibus, & matricis doloribus: quindecim numero pota, in aqua mulsa, aut vino. Nascitur in altissimis montibus, & præruptis.

a Catē-
cuz.
addit. xij
mispin.
i. & pota

I. PÆONIA MAS.

II. PÆONIA FÆMINA.

20

30

40



Pæonia fœmina planta est vulgaris notitia: mas verò contrà, quod paucis in Italia locis proveniat. Hanc Pisis ad me Goritiam misit hoc anno Lucas Ghinus Forocorneliensis, vir & doctrina, & rei medicæ cognitione præclarus: sed & eam antea à Germania allatam vidimus. Pæonia historiam, & vires descripsit Plinius lib. 27. cap. 10. his verbis. Glycyfide, quam aliqui Pæoniam aut pentorobon vocant, caulem habet duum cubitorum comitantibus duobus, aut tribus, subrutulum, cuncte lauri, folia qualia Isatis pinguiora, rotundioraq; ac minora. Semen in filiquis, aliud grano rubente, aliud nigro. Duo autem genera sunt. Fœminâ existimatur, cujus radicibus ceu balani longiores circiter octo aut sex adherent. Mas plures habet, quoniam non una radice nixus est, palmi altitudine candidaq; ea gustu adstringit. Fœminæ folia Myrrham redolent, & densiora sunt: nascuntur in sylvis. Tradunt noctu effodiendas, quoniam pico martio impetu in oculis faciente, interdum periculosum sit. Radix verò cum effodiatur, periculum esse, ne sedes procidant. Magna id vanitate ad ostentationem rei ficti arbitror. Hæc Plin. in quibus à Dioscoride dissentit, quod mari plures scripserit esse radices quam fœminâ, quo fit ut suspicer Plinii lectionem vitio haud carere. Pæonia vires posteritatis memoria tradidit Gal. li. 6. simpl. med. ubi ita scriptum reliquit. Glycyfida, quam pentorobon, & pæoniam nuncupant, radicem habet leviter adstringentem cum quadam dulcedine: etsi plusculum dentibus mandas, acrimoniam item quampiam subamarâ subesse percipies. Proinde menses ciet ex melicrato amygdala pota quantitate. Sanè tunderè eam oportet, ac cribrare, & sic inspergere. Expurgat porro etiam jecur obstructum, & renes. Sed hæc efficere nata est: quæ verò quiddam etiam adstrictorium obtinet, ventris fluxiones sistere potest. Verùm eam tunc in austerorum vinorum quopiam decoctam bibere convenit. Est autem facultate omnino resiccatoria vehementer, ita ut non desperaverim eam etiam adalligatam, quod merito creditum est, puerorum epilepsias sanare. Equidem vidi puellam quandoque octo totis mensibus morbo co-mitiali liberum, ex eo quo gestabat radicem tempore: nbi verò sorte fortuna quod à collo suspensum erat decidisset, pro-

Pæonia
confid.
Ex Plinio

Pæonia
vires ex
Gal.

Galeni
habet

* III. PÆONIA FÆMINA
flore pleno. *



Pæonia
vires
Matthio-
lo.

Nomina. ri. Hæc planta Græci αἰώνιον, & παῖον, Latini item Pæonia nuncupatur: Arabibus, Feonia: Italis, Peonia: Ger-
manis, Peonten: Hispanis, Rosa del monte, & Rosa albardeira: Gallis, Penœfne, & Pivoine.

Pæonia authoris nomen retinet, quæ à Pæone medico inventa creditur, quæ in marem & fæminam dividitur: mas folio est nigricante, splendido: fæmina variat est folio utrinque virente & glabro, calyce hirsuto, flore vel simplici eoque purpureo, vel nigricante, vel pleno: altera foliis inferne albicantibus non-
nihil hirsutis, calyce hirsuto, flore vel purpureo, vel albo, vel pallido: alia foliis supernè virentibus, glabris, inferne nonnihil virentibus, calyce glabro: alia foliis inferne albicantibus, hirsutis, calyce gla-
bro: est denique pumila foliis in laciniis dissectis pluribus, floreque minore. I. Pæonia folio nigricante splen-
dido, sive mas, C.B. Pæonia nobilior, Trag. Pæonia mas, Matth. Cord. in Diosc. Ges. hor. appe. Lob. Dod. fol. Cast. Cæsal. Tab. Lugdun. Pæonia mas folio natis, Ges. hort. II. Pæonia fæmina. Matth. Lacun. Cast. Cam. Pæonia fæmina prior, Dod. fol. Lugdun. Pæonia promiscua seu neutra, Lobel. Pæonia altera vel fæmina Dioscoridis, Cæsalpino. III. Pæonia fæmina flore pleno, C.B. Pæonia fæmina multiplici flore, Ges. hort. Dod. fol. Pæonia fæmina Polyanthos, Lob. Lugd. Tab. Pæonia flore pleno, Lonic. Pæo-
nia πολυανθος, Clus. hist. Pann. Pæonia Polyanthos, Camerario.

Αἰθέρια γένος.

LITHOSPERMUM.

CAP. CXLI.

50

Lithospermon à feminis duritia nomen accepit. Foliis est oleæ longioribus, & latioribus, mollioribus, jacet humi, quæ ab radice exiliunt: ramulis rectis, tenuibus, firmis, crassitudine acuti junci, ligno-
sis, in quorum cacumine bifidi exortus cauliculorum speciem exhibent: foliis longis, inter quæ parvum semen, rotundum, ervi magnitudine, duritia lapideæ. Nascitur in asperis, & editis locis. Vim hanc ha-
bet, ut femine cum vino albo potu calculos frangat, pellatque urinam.

Litho-
spermi
confid.

Genera
duo.

Fuch-
sion.

Litho-
sper-
ba-
rundina-
nascunt.

Lithospermon hodie seplastiarii, & omnes fere medici Barbaros secuti Milium solis nominant. Licet rectius fortasse Man-
ritanorum quoque imitatione ab illis Milium Soler vocaretur. Quandoquidem hæc planta (ut scribit Serapio testimo-
nio Aben Juliel) frequens nascitur in montibus Soler: unde illi aptius forte à loco, quam à sole cognomen imponeretur. 60
Hujus milii, utcumque, cognominetur, duo ostenduntur genera: majus, quod legitimum est Lithospermon, quove Hetruria
satu referta est: provenit ex oluto solo, & propè sepes Minus, quod longè frequentius ubique, in Italia gignitur arido & sabu-
loso loco. Hoc humi minimè repit, sed arbuscula fere instar sursum caules plures mittit brachiatos rotundos, lignosos, fir-
mos, sesquipedales, in quibus folia sunt ut in majori oblonga, minora, & firmitiora, è quorum exitu semen oritur candidum,
pellucidum margaritarum modo, oblongum tamen, & sacce, & quantitate mihi simile, quo factum est, ut Milium Soler ap-
pellari caperit: sed lapideæ fere duritia. Radices habet tenues, numerosasque. Ceterum Fuchsum, Lithospermon Dioscoridis
omnib. propè nunc compertum, non cognovisse arbitror, quod in suis clarissimis de stirpium historia commentariis pro vero
Lithospermo, illud quod officinis Milium solis minus appellatur, depinxerit. Idem nihil minus deinde mihi quidem videtur
errasse in lib. de compositione medicamentorum, quem nuper auctum edidit: ubi scriptum adidit Lithospermi genus esse plan-
tam illam barundinaceam, ex cujus seminibus, quæ nos Lachrymas vocamus, fiunt orbiculi quibus filo trajectis utuntur mulieres ad
suas pre-